



1739.

1. Rotermund, James Michael: *Dissertationes seram minoram et necessariam solum causam a magistratus discernenda.*
2. Schorckius, Hieronymus Fridericus: *De morto secundum statuta Litterarioria hereditatis uxoris defunctae mobilis utrū existente.*
3. Stroeker, Cas. Willems, Fac. iuris: *Dissertationem mag. Iac. Baum morti Herzogii invitata.*
4. Stroeker, Cas. Willems: *De Lactione familie eradicandae.*
5. Stroeker, Cas. Willems: *De legitima constitutione synticorum.*
6. Stroeker, Cas. Willems: *De injuria magistratus illata.*

7. Schrecker, Cor. Wilhelmus : De mulierum constitutione
in integrum propterea absentiam reipublicae causa.

8. Witt, Iacobus Michael : De obsessio falsis atque
veris

1740.

1. Helmelshausen, Georg Franc. Falter : De archivariis
sacri Romani imperii

2. Helius, Dr. Augustus : De fidei jussione clericorum
protestantium pro laicis.

3. Kestlerus, Iohannes Andreas : De suprema ad ducem
Saxoniae Ruer furtheusis appellatione.

4. Keyl, Iohannes Christianus : De iudice non
indicante.

5. Münckhausen, Carol. Wll. Iheroslo : Meditaciones
juri naturalis methodo mathematicorum prolatae

6. Schorch, Hieron. Fridericus; Facult. iuriscae decanus:
1. 6. 7. f ad disputationem in ang. (Joh. Christian. Keylio)
-- invitat.
7. Strecke, Con. W. Schelus, Fac. iuriscae decanus:
-- et . . . disputationem inaugualem (Iannus
And. Kellereidet. Relii). -- invitat.
8. Strecke, Con. W. Schelus; Fac. iuriscae decanus:
et . . . disputationem in ang. (Iannus Andreac
Kesleri). -- invitat.
9. Strecke, Conr. W. Schelus: De fine mortuorum
10. Strecke, Conr. W. Schelus: De iurice praetio
cum inventario und Beiglaß sub hacta cuncto.
11. Weismantel, Jo. Fortius: De exceptione non ad im
pleti contractus.

1741.1 a Breihner

1. b Bricheras, Andreas deus : Mortalis inq. uisit, iste uas
medicinam medicamentorum sea cantelas circa usum
remediorum observandas.
2. Gordon, Andreas : Utrum duellum sit libertum?
3. Schorck, Hieronymus Fridericus, Fac. iur. uiae Recens
l. b. s. / et dispensationem inang. Franci Galliebi Haer
institut?
4. Schorckius, Hieronymus Fridericus : Ita et quatenus
acceptatio necessaria sit in donacionibus.
- 5 Haer, Janus Galliebi : De privilegio metallicorum

1740, 2
DISSE^{TA}TIONEM IN AVGVRALEM
IVRIDICAM
DE
**FIDEIVSSIONE
CLERICORVM
PROTESTANTIVM
PRO LAICIS,**

EX
DECRETO ET AVCTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN PERANTIQVA ELECTORALI ACADEMIA
ERFORDIENSI

PRO GRADV DOCTORIS
HOC EST
PRO SVMMIS IN VTRQVE IVRE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE ATQVE
LEGITIME OBTINENDIS,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAIORIS
DIE XXX. JVNII MDCCXL.
HORIS CONSVENTIS
PROPONIT
AVCTOR
IO. ANDREAS KELIVS, Halberstad.
Advoc. Lips.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
998
999
999
1000



14

SVMMARIA DISSERTATIONIS.

- §. I. Ratio instituti.
§. II. Definita seu determinata atque restricta rubrica explicatio.
§. III. Propositio communis doctrinae & sententia.
§. IV. Expositio instituti nostri & ordo illud differendi.
§. V. Definitio fideiussionis & fideiussoris in genere, & in specie
clericorum.
§. VI. Divisio fideiussionum & fideiussorum remissive tantum.
§. VII. Requista fideiussorum.
§. VIII. Axiomata quedam.
§. IX. Progressio & accessio ad institutum seu ad thema differen-
dum.
§. X. Negatur securitas creditorum ex fideiussione clericorum fin-
gulorum. Ordo tractationis I. ex regulis prudentiae pra-
ctica.
§. XI. Primum argumentum est desumum a beneficio competentiae.
Dubia quedam circa hoc beneficium recensentur.
§. XII. Responso ad illa dubia & posterior assertio beneficii compe-
tentiae creditoribus maxime nocentis.
§. XIII. Summaria repetitio assertorum in §. XI. & XII.
§. XIV. Secundum argumentum quoad regulas prudentiae practi-
cae ab idoneitate inducitur. Quae abesse plerumque & ordina-
rie ostenditur, ob exceptionem fori privilegiati ecclesiastici. An
huius foro renunciari possit? Dubitatur. Sed tamen questio
affirmatur quidem, inutiliternam hanc renunciationem ordi-
narie esse ostenditur.
§. XV. Summa ostensorum in §. XIV.

A 2

§. XVI.

- §. XVI. Nec per facultates patrimonii clericorum securitati creditorum satis consultitur vel caveretur. Quod tertium argumentum a consilii regulis inductum dicitur. Accedit ut plurimum expensarum compensatio §. XIV. jam inducta.
- §. XVII. Nec per arrebatum seu custodiam. Id quod quartum argumentum a consilii regulis petitur dicimus.
- §. XVIII. Accedit §. particularis solutio.
- §. XIX. Summa dictorum §. deductorum §. XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII.
- §. XX. Ordo dissertationis II. ex principiis Juris scripti. Hinc sit progressio ad jus scriptum seu constitutum.
- §. XXI. Fidejussio est seculare seu civile negotium, id quod probatur prohibitum clericis.
- §. XXII. Ratio, quare ipsa textuum inductorum verba adscribantur. Sententia nostra de clericorum fidejussione prohibita utroque jure communi.
- §. XXIII. Interpretatio §. opinio Babmeriana Capituli I. X. de Fidejusso.
- §. XXIV. Dissensus §. discessus ab ea. Rationes dissensionis. Interim affirmatur clericorum Protestantium fidejussio ex doctrina Protestantium, asserturque habilitas, sed negatur eorum idoneitas.
- §. XXV. Dissidentes aliena ab hac tenus ostensis adstruant. Summaria repetitio omnium hac tenus deductorum.
- §. XXVI. Munus clericorum obstat itidem eorum fidejussioni. Quod ostenditur Consecularium dictorum.
- §. XXVII. Fidejussio clericorum protestantium prohibita quoque est quibusdam juribus provincialibus.
- §. XXVIII. Adeoque juris civ. §. canon. dispositio obtinet in quibusdam terris Protestantium.
- §. XXIX. Dicta hac tenus ad species fidejussionis §. VI. dictas etiam pertinent.
- §. XXX. Conclusio cum consecularis ex bucurisque adsortis, §. cum compendiosa repetitione dictorum omnium.
- §. XXXI. Votum auctoris.

I. N. J.



I. N. J.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA

DE

FIDEIVSSIONE CLERICORVM PROTESTANTIVM PRO LAICIS.

§. I.

Multi multa conquerunt, multi quoque *Ratio insti-*
hodie varii argumenti veritates disqui-*tutio.*
runt disquisitasque non plane otiose
publice typis proponunt, quod negare
nefas & iniquum, invidiosum ac super-
ciliosum recte dixeris: Pauci vero ra-
tiones veritatum propositarum debito disquirunt modo,
pauciores easdem ingenue produnt, paucissimi de-
nique earundem utilitatem usumque in vita civili sug-
gerunt, profitentur atque ostendunt. Ultimum si ab-
est parum aut nihil proderit omne studium laborque
fæpe impense ostensus. Vitæ namque hominum so-
ciali, adeoque felicitati omnium æque ac singulorum
mutuo & reciproco modo adjuvandæ & tuendæ na-
scimur homines, non nobis solis, non vitæ umbraticæ,

A 3

solitariæ

solitariæ, mere contemplativæ, inerti & otiosæ vivimus; hinc nihil scriptæ doctrinæ luci publicæ dandum est temere, cuius utilitatem usumque non simul ostenderimus aut demonstraverimus sat luculenter. Hanc legem dictam num scriptio hæc nostra secuta fit ipsa, merito lectoris cuiusque æquo & humano relinquuntur examini, judicio & arbitrio.

§. II.

*Definita vel
determina-
ta atque re-
stricta ru-
brica expli-
catio.*

Rubrum quippe illius prodit doctrinam de Fide-jussione Clericorum singulorum pro Laicis, & quidem eorum in specie, qui titulis præfunt, curamque animarum parochianorum gerunt & sacris administrantis sunt ordinati atque constituti, cum primis autem eorum, qui nomine Protestantium in S. R. I. veniunt, exclusis aliorum clericorum generibus & speciebus, quounque demum nomine insigniantur. Quam materiam haec tenus penitus perpensam a quoquam, quantum quidem nobis haec tenus innotuit, nulli novimus.

§. III.

*Expositio
instituti &
ordo illud
differendi.*

Communis namque sententia & doctrina in hoc consipratis: posse clericos protestantes, qui ministrorum ecclesiæ nomen gerunt, quosque jam jam definite circumscriptimus, pro qualibet debitore laico principali in Protestantium terris valide & cum effectu juris, qui est aetio & executio, fidejubere seu intervenire ac carere, adeoque tum eos, qui Lutherano-Evangelicorum & Augustanæ immutatae confessionis cognominatione insigniuntur, tum eos itidem, qui Evangelico-Reformatorum appellatione in S. R. I. G. publica lege veniunt,

§. IV.

§. IV.

Quantum itaque juri scripto, quantum etiam consiliis ac prudentiae regulis conveniat communis hæc Doctorum ac Interpretum, commentatorum ac glossatorum sententia, quantivis sit pretii, & quam utilitatem atque dispendia in foro & negotiis extra forum compositis, adeoque publice & privatum produxerit, disquiremus sedulo, & ostendemus simul, sat anticipem, dubiam, incertam, vagam & mere precariam, ne amplius & majus quid dixerimus, esse communem illam opinionem, peperisseque eam multa damna, dispendia, iniquitates & incommoda, tum personis clericis, quium Laicis, & his quidem præcipue de clericorum integritate fidei in sensu juridico sumtæ nimium vulgo persuas. Institutum autem hoc nostrum recte exequi nos posse confidimus, si ex ipsa fidei jussionis indeole natura, requisitis, fine & effectu, ipsisque Legum, Canonum & aliarum Constitutionum verbis adscriptis rationibusque, ut & ex constitutione, conditione, statu, munere & officio clericorum supra §. 2. definite significatorum assertiones sententiamque nostram demonstremus omisis & posthabitis fere omnibus sententiarum doctoralium allegationibus, nil ordinarie ac saepius nisi paginas occupantibus, prementibus, numerumque plagularum augentibus, quum in causis juris jam constituti non auctoritate interpretum, ut plurimum opinioni semel adoptatae strenue & audacter inherentium, sed rationibus legum, canonum, constitutionumque aliarum jam in foris & extra fora obtinentium certandum, multæque ac variæ lectionis in hac causa

*Expositio
institutæ §
ordo illud
differendi.*

causa speciosam quidem, sed inanem ostentationem, affectatamque & vanam gloriationem prætermittendam esse confidenter profiteamur.

§. V.

*Definitio
Fideiūssonis
in genere.*

Missis reliquis & maxime variantibus fideiūssonis definitionibus variorum juris Doctorum & inter pretum sequentem definitionem veram, adæquatam & justam asserimus, qua Fideiūsio est *contractus verius, nominatus, consensuali^{tertius}, unilateralis, verbalis, accessorius*, quo quis in majorem creditoris securitatem debitum alienum in subsidium seu in eum casum vel eventum se soluturum creditor i libere promittit, si quando debitor principalis illud non solvat vel solvere non possit salvo manente debito & obligatione principali, adeoque sine animo novandi; vel brevius: Fideiūsio est *contractus accessorius*, quo quis alienum debitum in subsidium se soluturum creditor i promittit. Fideiūssor itaque, (qui & Adpromissor in L. 5. §. 2. de Fideiūssori. V. O. & L. 64. §. 4. ff. soluto matrimon. dos quemadmod. appellatur) est, qui alienum debitum solvendum eventualiter faltem & in subsidium in se suscipit seu promittit. Quænam nunc quidem in specie sit Fideiūssor clerici singularis, & quis sit Fideiūssor clericus, clericalis in ex adjecto vocabulo clerici sine nova ac speciali definitione adscribenda per se liquet.

§. VI.

*Divisio Fi-
deiūssorum
clericis
rum.*

Divisionem fideiūssorum, qua confideiūssores Mit-
deiūssorum bürgen, succedanei Rückbürgen, indemnitatis Schadlos-
& Fideiūssobürgen &c. audiunt, eorumque specificam definitio-
nem addere supervacaneum reputamus, cum nihil ad
insti-

6 (9) 50

14

institutum nostrum facere merito existimemus. Omitimus quoque subiungere differentiam Expromissorum *Selbstschuldenet*, Mandatorum Ordre-geber, Ordre-steller, Laudatores seu Commendatores, Recommendi-
rer &c. quum itidem ad argumentum nostrum nequid-
quam faciant.

§. VII.

Vtilius & magis ex re nostra differenda subiicimus *Requisita*
requisitas quasdam fideiussorum qualitates, quarum *Fideiussor*
prima est *habilitas*, quae inde cognoscitur I. Si jus ex
rationibus specialibus eos ab hoc negotio non arceat,
2. Si alias securum reddere possint creditorem. Ex
hoc resultat alterum fidejubentium requisitum, quae
idoneitas vocatur, & aestimatur I. ex sufficientibus patri-
monii facultatibus 2. ex facilitate conveniendi fideiuss-
foris suumque ab his consequendi.

§. VIII.

Addimus axiomata quedam: 1) Fideiussio est vi-*Axiomata*
rile & ciuale ac seculare negotium. *L. I. §. I. L. 2. §. I quædam.*
ff. ad Sæcum Vellej. l. 2. pr. ff. de Reg. iur. c. 29. C. 11. q. I. c. 1. 2.
4. *X. ne clerici vel monachi seculari. add. Nov. 123. §. 6. 2)*
Fideiussio est contractus accessorius, per definit. §. V.
3) Fideiussio est subsidialis & dat obligationem subsidia-
lem, per definit. §. V.

§. IX.

Discipiamus nunc necesse est, an & quomodo & *Progressio* *accessio ad*
quatenus hæc præmissa fideiussioni clericorum singu-*institutum*
lorum pro laicis debitoribus principalibus congruant, *seu ad the-*
conueniant applicarique possint valide & sine ullo in-*ma differen-*
commodo. *dum.*

B

§. X.

*Negatur se-
curitas cre-
ditorum ex
fideiussione
clericorum
singulorum.
Ordo traclat-
tions I. ex
regularis Pru-
dentie.*

Vix autem ac ne vix quidem unum vel alterum cum securitate creditorum fieri posse, & quilibet ciuilium ac forensum negotiorum gnarus & peritus facile nobis concedet; & illud ipsum nunc nos in proxime se-quentibus ostensuri sumus. Placet namque primo loco tradere, quid prudentia suadeat ex diutina experientia; deinde quid utrumque Jus nostrum iubeat, fanciat atque disponat.

*Negatur se-
curitas I. ob
beneficium
competen-
tie vſu fori
clericis ob-
veniens.*

In definitione fideiussionis generali §. V. data jure affirmauimus, fideiussionem fieri debere in maiorem creditoris securitatem pro debito principali. Hanc securitatem in clericorum singulorum fideiussione praestos semper esse confidenter negamus. Obstat namque & impedimento est illi securitati majori I. Beneficium competentiæ. Iure positivo scripto quidem hoc beneficium clericis nullibi expressis verbis & ~~xarū ſo īntō~~, concessum esse lubenter concedimus, licet id virtualiter factum esse exc. 2. X. de fideiuffor. haud diffiteamur. verb. alioquin de redditibus eorum prescripta debita facias exsolui, Et damna etiam, que proper hoc pertulit, resarciri, aut prædictos reditus sibi assigneris tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint, Et debita sine diminutione soluta. Jungatur c. 3. X. de solution. verb. quod prædictus O. in totum vel pro parte non possit soluere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis, recepta prius ab eo idonea cautione, ut si ad pinguo-rem fortunam deueneris, debita prædicta persoluerat.

L. 33.

L. 33. §. 2. C. de Episcop. & Clericis &c. verb. ne - - -
 multiplex innoxie paupertati infligatur incommodum. Fori
 autem usus hodiernus, maxime apud protestantes, pla-
 ne pro clericis tum fideiussoribus, tum ipsis eis debito-
 ribus beneficium competentiae decernit teste quoti-
 diana experientia. Si testium auctoritate quæstio hæc
 atque assertio ejus est defendenda & probanda, testem
 saltem produco Illustr. Dn. IUST. HENNING. BOEH-
 MERVM ICtum Halens. longe celeberrimum summe-
 que de utraque, vel rectius, de quavis Jurisprudentia
 meritum, qui Institut. Jur. Canon. Lib. 3. t. 23. §. 24. §.
 VI. pag. 439. ita rem pronunciat, licet non negem, aiens,
 e re ecclesiæ esse, vt hi, qui curam animarum gerunt, hoc be-
 neficio (competentiae) lege publica fruantur, ne ob inopiam
 officio suo decesse cogantur, quam ob rem ut plurimum consisto-
 ria protestantium hoc (beneficium competentiae) illis in-
 dulgere solent. Et quum Illustr. Ille Jur. Eccles. prote-
 stant. Tom. II. Lib. III. t. 23. §. XXIX. p. 943. plenius hanc
 causam responderit, totum illum §. XXIX. pace ejusdem
 hoc loco scriptio[n]i huic nostræ inserere iuuabit ad fir-
 mandam nostram assertionem de beneficio competen-
 tiæ clericis, vel saltem protestantibus, usu fori atque
 observantia certocertius competente: (Interim quod
 ratio iuris efficere non potuit, id usus constituit, obser-
 vantia propagauit & praxis corroborauit, cuius magna
 in ambiguis quæstionibus decidendis est auctoritas.
 Postquam enim fere ad unum omnes interpretes in c.
 3. X. b. t. (i. e. de solut.) clericis beneficium competen-
 tiæ indultum esse existimarunt, hæc opinio tam al-
 tas in praxi egit radices, vt etiam in foris protestantium

recepta & vſi frequentiore approbata sit; ita vt non
 possim non hanc quoque sententiam amplecti, non
 quidem ratione iuris ſcripti conuictus, sed interpretatione
 vſuali inductus, cui æquitas affligit. Hanc ob-
 feruantiam illustrat CARPOV. P. I. c. 32. def. 18. in f.
 LAVTERB. de beneficio competentie §. 32. in f. MEVIVS
 in diſcuſſ. Levam. inop. debitor. c. IV. Sect. 7. n. 35. GAIL.
 I. obſerv. 117. n. 9. B. STRYK. in not. ad Jus Eccles. Brun-
 nem. Lib. II. c. 15. in f. MÜLLER. in not. ad Struv. Exerc.
 44. §. 20. lit. N. in f. Cederet alias ſæpe inopia cleri-
 corum debitorum, & rigor creditorum in præiudicium
 ecclesiæ, cui propter inopiam amplius deseruire non
 poſſent: quin quod alia incommoda inde metuenda
 eſſent, vnde ex reditibus ecclesiasticis communiter e-
 gentibus clericis certum quid in ſuſtentationem affi-
 gnare ſolent, quod vocant die Competenz ſegeñ und
 geben, quæ vero ſupersunt, creditoribus in ſolutionem
 aſſignantur.) Liquet itaque, clericis ſoluendo non exi-
 ſtentiibus beneficium competentiae in praxi omnino
 hodie ſolere indulgeri, vi cuius, ſi ad inopiam redacti
 ſunt, neceſſaria iis familiisque ipsorum reliqua ſunt
 alimenta, vt duntaxat contra eos in tantum facienda
 ſit executio, in quantum facere poſſunt. Fac itaque,
 omnibus reditibus eos indigere ad ſe ſuamque fami-
 liam alendam ſuſtentandamue; fac porro, hanc indi-
 gentiam eos premere per omnem vitam aucta cum-
 primis & abundante eorum familia: ſane nihil quoque
 ſoluent nec ſoluere iubentur neque de proprio, neque
 de alieno pro quo fideiuſſerunt debito. Quantum er-
 go præiudicij damni ac diſpendii petitionibus credi-
 torum

torum justis licet & æquis adferatur per beneficium
competentiaæ in genere & in specie, quilibet vel prima
Themidos principia doctus intelligit. Beneficium *Dubia que-*
competentiaæ quidem nullis nisi inopia laborantibus *dam circa*
dari constat inter omnes, ideoque inopia probanda est, *beneficium*
competen-
ob quam soluere nequeunt vel principales vel accesso-*tia.*
rii seu subsidiales debitores, id est, fidejussores. No-
tumque est, paupertatem summarie esse docendam, &
simplicissimum eam docendi modum esse, si clericus
debitor §. II. definite dictus a consistorio iubeatur pa-
tronii sui edere iuramat specificationem, quam ede-
re quoque bonis cedens tenetur, vt quantitate eius in-
specta & per pensa iudex determinare ac definire possit,
quid clero debitori pro eius dignitate vitaque tum
sua tum familiæ suæ sustentanda relinqui debeat.
Constat porro, inquirendum esse in causam inopiae, si
debitor quispiam ad competentiaæ beneficium prouo-
cket. Indigni namque hoc beneficio reputandi, qui lu-
xuriose viuendo substantiam facultatum suarum dissi-
parunt & fraude sua inopes facti, quum delinquentibus
ac dolosis & culposis jura non succurrant, licet leuiori
culpæ condonandum sit ob imbecillitatis humanæ ra-
tionem. Nec in beneficio competentiaæ indulgendo
prætermittenda est ratio debitoris ipsius. Ratio enim
iuris non patitur, vt debitori ex delicto, calumniatori
& frivole lites adeunti & protrahenti ideoque in ex-
pensas retardati processus condemnato, vel etiam in
fraudem creditorum bona alienanti, vel clero negoti-
atori & mercatori debitori similique his alii succur-
ratur. Nec diffitemur, eum hoc beneficio iure uti non
posse,

posse, qui ei expresse renunciavit; nec afferere dubitamus, beneficio huic renunciari singulariter posse, quicquid in contrarium alii adstruere nitantur ex eo, quod sit beneficium vniuerso clericorum ordini concessum, cui singuli renunciare non possint, cum hanc quidem discussionem nostram facere haud lubeat.

§. XII.

Responsio ad illa dubia Sunt ex resoluuntur securitatemque creditorum nevterior aſſertio beneſticii compeſtentiae creditoribus debitoribus principalibus vel accessoriis ſeu ſubſidialibus h. e. fideiubentibus vſu fori obueniens ac debita fideiuſſiōem illorum periculofam, ancipitem, dubiam, inanem & effeſtu iuris carentem efficit; pauper etenim ordinarie eſt clericus ſoluere jufſus, vel pauperem ſe ſingit, rarluſque in praxi iuratam ſpecificationem ſeu enumerationem ſubſtantiae ſuæ edere iubetur, ne contemtui parochianorum fuorum aliorumque exponatur, & auſtoritas eius ac reverentia diminuatur, quod iſum ipſis paroſcianis dedecori eſſe exiſtimatur atque noſumento. Mitius ergo ſemper cum debitore clericuſ quam cum laico fideiuſſore, ad peram vſque & ſaccum ordinarie excutiendo, agitur. Inquisitio etiam in cauſam inopiae clericorum non adeo rigorofe expeditur, imo ut plurimum plane omittitur, cum clerici non präfumantur vti laici æque dolosi, & in culpa eorum non admodum animaduertatur ſufficiatque, ob honorem & reuerentiam ſacri ordinis & ministerii condonandum ac parendum eſſe ministris ecclesiæ, ne in uituperium ministerii ſacri defectum in rebus temporalibus

ralibus patientur per c. g. X. de renunciat. Ratio præterea debitoris clerici, ob quam inopia laborat vel labore dicitur, parum regulariter disquiritur, & nisi publice, aperte & liquido de ea constet, ad eam non attenditur. Nec multum proderit creditori, fideiussorem clericum renunciasse beneficio competentiae, quoniam, non obstante hac renunciatione, ex vñ fori ecclæstici tamen hoc beneficio subueniatur obserato & inopia presso ministro ecclæstæ partim in honorem & reuerentiam au&toritatemque facri ordinis seu ministerii, partim ne ecclæsia parochialis ob impeditam vel de-
relictam animarum curam sacrorumque administratio-
nem damni quid patiatur, quum aliis ad tempus tan-
tum aliunde accessitus minister ecclæsæ curam anima-
rum administrationemque patrimonii affictæ vel pla-
ne quandoque desertæ ecclæsæ parum perspectam ha-
bere dicatur atque præsumatur.

§. XIII.

Liquere hinc fatis credimus, fideiussionem cleri-
corum singulorum seu ministrorum ecclæsæ vel saltē ^{Summaria} repetio affer.
ob beneficium competentiae vñ fori ipmis competens ^{torum in §.}
admodum ancipitem, dubiam, periculosa, inanem ac XI. & XII.
frustraneam omnique fere iuris effectu carentem regu-
lariter existere & euadere, inanemque inde fieri aëcio-
nem, cuius nulla ordinarie & communiter est execu-
tio, adeoque nullus fere fideiussionis clericalis effectus,
hinc inde etiam inanis iuris dispositio, quia nullibi ap-
paret eius vigor & effectus juridicus; Non apparere
autem & non adesse sensu juris sunt paria seu vnum i-
demque. Ideoque non sine ratione hic dixeris: vbi in-
anis

anis est actio, ibi inutilis & nulla est juris dispositio. Non ergo nisi imprudens & ignarus creditor fideiussorem clericum suscipit vel admittit.

§. XIV.

Secundum argumen-tum quoad regulas pru-dentia pra-ctice ab id-enticate in-ducitur.

Accedimus ad alterum fideiussorum requisitum, quod idoneitatem §. VII. & hanc partim ex facilitate conueniendi aestimandam esse recte diximus. Concedimus enim damusque ambabus, quod dicunt, manibus, clericos protestantes regulariter ex fideiussione sua obligari & conueniri posse, adeoque eos ad fideiubendum apud nos esse habiles; sed ob haec tenus deducta nunc etiam addimus, habilitatem eam obligationemque illam & actionem inde oriundam valde cursus labefactari, & plerumque esse inanem atque sine effectu ob inidoneitatem de omnibus omnino clericis sine distinctione donec probetur contrarium affirmandam, ob quam omnes difficillime conueniuntur. Distingui-mus itaque probe inter habilitatem i. e. inter obligationem ex fideiussione, quam quidem omnino de clericorum protestantium fideiussione affirmamus; & inter idoneitatem fideiubentium, qua cautio & securitas sufficiens creditori datur ita, ut fideiussorem facile actione forensi pulsare & suum ab eo iudicis sententia & executione impetrare valeat, quam itidem ex regula negamus. Fac enim, facultates clericorum nostrorum sufficere ad debitum alienum ex fideiussione sua in subsidiuum soluendum; fac autem simul, eos ordinarie, regulariter & vtplurimum adeoque communiter solutionem fugere ac drectare, & mentem sane plane aliam tibi formabis. Dicimus; regulariter & communiter. Re-gula

Qua abesse plerumque & ordina-tie ostendi-tur.

gula namque procedit de eo, quod fit ut plurimum & communiter. Quare autem vel ob quam causam hoc contingat? philosophiae moralis doctrinis & considerationibus relinquimus, quibus in nostra dissertatione iuridica nos non committimus, ingenue interim, fatentes, animum huius notae ac commatis saepe saepius & communiter prodere clericos a communi hominum labore alienos & purgatos tunc cum primis, quum ad solutionem debiti vel proprii vel alieni modeste licet, humane & amice inuitantur. Hinc fit, ut prius non soluant, quam actione forensi ad solutionem compellantur. Gaudent autem omnes clerici, quod perulgatum ad eoque notissimum est, priuiegato foro ecclesiastico in causis personalibus, quo foro in Saxon. Elect. fruuntur etiam omnes a confitoris confirmandi, quorum numero etiam adscribuntur cantores & organiste tum in ciuitatibus quum in pagis constituti per Append, ad O. P. S. R. §. II. p. 307. & Mandat. Wegen der Wechselbriefe derer Geistlichen de dato Dresden, am 22ten Mart. 1711. quod reperies in den Beylagen ad O. P. S. R. Nro XXVII. p. 198. Hinc beneficium competentiae supra assertum, privilegium atque exceptionem fori recte opponunt clerici conuenti aliaeque personae illis adnumeratae, licet eidem forte vel extra iudicialeiter seu priuatum, vel in foro seculari seu publice renunciauerint. Hoc ergo loco monemus, quæstionem hanc an-
 cipitem videri, an renunciatio fori ecclesiastici a clero renunciari
 in foro seculari forte facta iure valeat? Quæstio haec in-
 primis tunc emergit, quando clerici de iudicio fisti aut
 iudicatum solui cauere volunt in foro seculari; ubi me-
 rito

C

rito

rito in dubium vocari potest: annon a creditore actore possint recusari tanquam inidonei & foro alieno subiecti? Quod omnino affirmatur, quoniam in genere actores tales fideiussores recusare possunt, qui gaudent & muniti sunt praescriptione seu exceptione fori per L. 7. pr. ff. *Qui satisdare cogantur.* Neque enim afferi potest, clericum, qui pro laico cautionem iudicatum solui in foro seculari prestatit, nuda promissione & sine hypothecæ bonorum suorum sub illo foro sitorum constitutione, eius debiti intuitu in eodem foro seculari conueniri posse, quia hac fideiussione & cautionis specie sibi non præiudicat in foro suo priuilegiato, adeo ut quamuis fideiubeat etiam pro alio clero coram alio iudice ecclesiastico, tamen coram hoc conueniri nequeat, sed tantum coram suo competente iudice ecclesiastico. vid. SVRDVS Confil. 396. GRATIAN. disceptat. forens. Tom. I. c. 8. num. 29. 30. Hoc satis liquet per cit. L. 7. pr. ff. *Qui satisd. cog.* vbi non aliter extraneus fideiussor idoneus esse dicitur, nisi se declarauerit: se non virsum fori (sui) priuilegio, si conueniatur. Idem confirmatur in L. I. D. *siquis in ius voc. non ierit, sive quis.* Et vbi dicitur: quod fideiussor, qui cauit de iudicio sisti, non tam suppositus est iurisdictioni illius, qui de causa principali cognoscit, pro non dato haberi debeat nisi suo priuilegio specialiter renunciauerit. Quod si igitur praescriptioni seu exceptioni huic scil. beneficio seu priuilegio fori renunciauerint clerici, idonei etiam fideiussores forte dicendi videntur vel faltem & ad minimum inter seu apud Protestantes. Nam de iure Canon. nequidem cum iuramento forum prorogare possunt clerici ideo, quo

quod magis iuri publico quam priuato renuncietur,
 nec hoc priuilegium singulis, sed toti ordini datum sit,
 cui tali renunciatione præiudicium fieri videtur. Di-
 cimus notanter: idonei fideiufores forte dicendi viden-
 tur vel saltem & ad minimum inter Protestantes. Nam
 licet rationes iuris Pontificii, quare clericus foro suo
 ecclesiastico nequidem per iuramentum solenniter præ-
 statum valide renunciare posse, imbecilles non paucis
 videantur esse, adeoque nec inter Protestantes admitti
 deberent, & Dominus noster JVSTIANVS IMP. ipse olim
in L. 51 (de Episcop. & Cleric.) hanc prorogationem o-
 mnino contra dispositionem iuris canonici admiserit,
 quia fori priuilegium, quod collegio & sic singulis de
 collegio concessum est, hanc renunciationem non exclu-
 dat, quod vel ex collegio ministrorum Principis & foro
 priuilegiato civium academicorum & militum qui-
 busdam in locis euidens est: attamen praxis & usus *Sed tamen*
 consistoriorum protestantium contrario modo se habet, *questio qui-*
si fideiufo clericus foro suo forte renunciauerit sine *dem affirma-*
præstito iuramento, & si citatus clericus a iudice seculari *tur, iniuri-*
iudicio huius se non sitit, quoniam hic cum effectu non *lem tamen*
potest ad se euocare clericum, sed hic non attenta renun- *banc renun-*
ciationem
ciationem sua exceptionem fori opponit & ad forum suum *ordinarie*
ecclesiasticum se vocari postulat. Tunc enim iudicium *esse offendit.*
ecclesiasticum seu consistorium causam hanc dirimen-
dam sibi vindicat, quoniam ob honorem & reuerentiam
ministerii seu sacri ordinis indecens habetur, clericum ut
reum ad forum seculare trahi, dijudicari & codemna-
tum tandem & in subsidium forte custodiae includi do-
nec soluerit; adeoque reuera Protestantium consisto-

ria rationes iuris canon. ab honore & reuerentia clericis debiti petitas se&cantur quum parum honoris & reuerentiae ministerio ecclesiastico vel sacro ordini debitae conuenire autumetur, si in iudicio seculari minister ecclesie h&ibit uerbi clericali vestitus ut reus veretur, & debitu vel proprium vel alienum soluere condemnetur, tandemque, ni soluerit, custodie iudicij secularis, donee soluerit, tradatur. Hinc euenit, vt auctor creditor sequi cogitur fideiussorem clericum in forum huius ecclesiasticum ut plurimum longe remotum & diffitum, quapropter creditor auctor multis expensas & itineris & litis sustinere & multa temporis dispendia subire cogitur; cui accedit in fine laborum præmium illud nullius solitii, quo ordinarie hoc casu expensæ compensantur, quia clericorum causæ, etiam eæ, quas cum laicis habent communes, æque ut reliquæ ecclesiasticæ fauorabilibus vñ fori annumerantur, quum pauperibus clericis, iure canon. semper talibus præsumendis, quo quis fieri possit modo semper aliquid indulgendum, parcendum, reliquendum & remittendum sit per formulam: *Die U. Kosten werden aus bewegenden Ursachen gegen einander compensiren und aufgehoben, wie wir sie denn hiermit compensiren und aufheben V. R. W. & imputet sibi creditor, fideiussorem clericum, priuilegio non uno giudentem & munitum iure scripto & vñ fori seu obseruanta, inconsulto, incaute & imprudenter admisisse nec prudentiores consuluisse nec ciuitatem se gesuisse, cum ab ecclesiasticis & clericorum causis laicis probe sit cauendum teste Illustr. BOEHMERO Insit.*

Jur. Canon. Lib. 3. t. 13. §. VIII. p. 408.

§. XV.

§. XV.

Hinc rursus concluditur, quod clerici fidejussores *Summa e-*
 aut rarissime aut nunquam sint sat idonei fideiussores, *fideiussorum*
 ideoque nunquam admittendi secure & sine formidine *in §. XIV.*
 damni quid inde percipiendi, quum nunquam facilis
 sit eorum conuentio, & haec quoque nunquam sine pa-
 trimonii damno, nec sine temporis insigni iactura, nec
 sine animi graui atque acerba indignatione suscipiatur
 ac peragatur.

§. XVI.

Facultates patrimoniales ministrorum ecclesiae *Nec per fa-*
 quod attinet, quas §. VII. idoneitatem fideiussorum simul
 constituere affirmauimus, nisi forte immobiles existant,
 parum securitati creditorum consulere possunt, quum
 ut plurimum sint occultae, incertae, instabiles, variantes,
 mutabiles & ob frequentem clericorum vocationem in
 terras extereras admodum transitoriae, ne amplius quid
 prædicemus & dicamus, nisi hoc, quod hoc casu afflatis
 creditoribus solatii loco relinquatur, sequi fideiussorem
 clericum eo, quo abiit per 1. 33. pr. C. de Episc. & Clericis,
 & impensis non minoribus in nouo eius foro ecclesiasti-
 co persequi id, quod ex fideiussione debetur, quia arre-
 stum raro imponitur hoc casu & impositum facile relaxa-
 tur, ne impediatur ecclesia vocans & vacans; id quod nun-
 quam non cum notabili patrimonii dispendio & demi-
 nutione creditoris est coniunctum, quum præterea for- *Accedit ut-*
 mido compenfandarum expensarum semper instet & plus innum-
 ysu fori apud Protestantes, multo magis autem apud *expensarum*
 Romano-Catholicos, præsumatur, quoniam vsus fori *compensatio*
§. 11. tam
hoc in passu fere ubique unus idemque est in foris Pro- *inducta.*

testantium. Ex quo patefit, parum securitatis nasci ex facultatibus patrimonii clericorum, ut plurimum in rebus mobilibus seu portatilibus, semouentibus & his similibus consistentis.

§. XVII.

*Nec per ar-
restum seu
custodiā.
Id quod
quartum
argumen-
tum a consi-
lī regadis
petitum di-
cimus.*

Custodiā seu arrestum denique quod attinet, cui alii fideiūsfores solutionem vel per contumaciam detrēctantes vel soluendo non existentes intra breve temporis spatium post rem iudicatam mancipantur, vix est, ut vñquam clerici fideiūsfores laicorum causa arresto seu custodiā usque ad solutionem tradantur, ne ecclesiæ ex custodia ministri sui ecclesiastici seu parochi damni quid emergat tam ratione administrationis sacerdotum, quam ratione impeditæ curæ animarum aliarumque causarum curationi parochii commissarum.

§. XVIII.

*Accedit s.
particularis
solutio.*

Nolumus meminisse particularis solutionis sæpe sèpius in fauorem clericorum decerni solitæ & semper dispensi quid in simu habentis patrimoniumque nostrum affigentis, quum quilibet clericus tanquam membrum ecclesiæ ex doctrina iuris canon. & ciuil. L. 33. §. 2. C. de Episc. & Cleric. semper & quidem innoxie pauper præsumatur, prædicetur vel faltem fingatur; quo sit, ut clerici debitores ordinarie ad particularem solutionem condemnentur, creditoribusque ipsorum non leue inde præiudicium ac damnum nascatur, clericis autem pauperibus vel quasi, quorum partes semper sunt fauorabiliores & æquiores, solatum suboriatur.

§. XIX.

*Summa di-
ctorum
§. 11; 12; 13;*

Ex his hactenus deductis constabit, fideiūsionem cleri-

clericorum singulorum §. 2. definite dictorum valde ^{14, 15, 16, 17}
esse anticipem, dubiam, periculosam, inanem, fru-^{18.}
strantem, fallentem, semperque cum danno creditoris
coniunctam, adeoque nunquam suadendam, admit-
tendam.

§. XX.

Huc usque scriptio nostra ex rationibus consilii processit: videbimus nunc ordine, quid ius scriptum & constitutum de fideiussione clericorum singulorum §. 2. definite dictorum disponat ac praecipiat.

§. XXI.

Adstruximus §. 8. axiomata fideiussionis quædam, quorum primum erat: Fideiussio est virile & ciuile ac mundanum seu seculare adeoque laicum negotium.

Hoc indicat totius Sæti Vellei. tenor; idemque monendo praecipit c. 29. C. 11. q. 1. verb. Te quidem oporter seculare fato irreprehensibiliter vivere, & summo studio niti, ut omnes ciuile negotiæ huius occupationes abiicias: ne fideiussor existas: ne tium, id aduocatus litium fias: neue in illa alia occupatione probus quod probatur inueniaris mundialis negotiit occasione perplexus - - - Ista tum clericorumque opera, que tibi minus congruere superius exposui- cis.

mus, exhibeant sibi iniicem vacantes Laici, - - - Simili fere modo Jus Civ. sentit ac iubet de fideiussione L.

i. §. 1. ff. ad Sæcum Vellei. verb. Nam sicut moribus CIVILIA officia ademta sunt feminis & pleraque ipso iure non valent: ita multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo non sola opera nudumque ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris. L. 2. §. 1. ff. ad Sæcum Vellei. verb. ne eo nomine (fideiussionis muliebris) ab his (feminis) petitio, neue in eas aetio detur, cum eas vi-

Ordo differ-

tationis II.

ex princi-

piis Juris

scripti.

Hinc fit pro-

gressio ad ius

scriptum

seu consti-

tum.

ribus officiis fungi & eius generis obligationibus obstringi non sit æquum arbitrari senatum . . . & L. 2. pr. ff. de Reg. Iur. verb. Fæmina ab omnibus officiis civilibus vel publicis remote sunt: & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere. Ex his ipsis textuum produtorum verbis elucet conspiratio & conformitas vtriusque iuris quoad hocce argumentum, adeoque inter vtrumque ius, quoad hanc causam, non est statuenda vel affirmando differentia, & minime probabile est, iure canon. priuilegia clericorum fuisse deminuta. Addimus c. 19. Sanct. Apostol. Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor. Cum quo plane conspirat c. 1. X. de Fideiussor. Clericus fideiussionibus inferiens, abiiciatur. Hostextus adiuuat rubrica X. Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant. Nec plane alienum & contrarium adstruit c. 4. X. de fideiussorib. verb. Quod quibusdam Religiosis a sede Apostolica est prohibitum, volumus & mandamus ad vniuersos extendi, ne quis videlicet Religiosus absque maioris partis Capituli & Abbatis sui licentia pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat ultra summan communis prouidentia constitutam. Alioquin non teneantur Conuentus pro his aliquatenus respondere. Loquitur alleg. rubr. & c. 4. cit. de mcnachis & religiosis, quod tamen & reliquis Clericis omnibus curatis, adeoque clericis in genere, est prohibitum. c. 1. X. Ne clerici vel monachi seculari negotiis se immisc. verb. Multa sunt negotia secularia, de quibus pauca perstringamus . . . conductores secularium rerum aut procuratores esse . . . Ecce talia & his similia ministris altaris Domini, nec non & Mon-

¶ Monachis omnino contradicimus, de quibus ait Apostolus, nemo militans DEO, implicat se negotiis secularibus. c. 2. X. eod. Sacerdotibus & Clericis tuis denuncies publice, ne ministri Laicorum fiant, nec in rebus eorum Procuratores existant. c. 4. X. eod. - - Si quis autem aduersus hanc venire tentauerit (quia contra doctrinam Apostoli dicentis: Nemo militans DEO implicit se secularibus negotiis, seculariter agit) ab Ecclesiastico fiat ministerio alienus; pro eo quod, officio clericali negliget, studiis seculi, ut potestatisibus placeat, se immergit. Distinctius autem decernimus puniendum, si Religiosus quisquam aliquid praedictorum ausus fuerit attentare - - - Nov. 123 c. 6. Sed neque fieri susceptorem publicarum aut alienarum possessionum, aut curatorem domus, aut procuratorem litis, aut fideiussorem pro talibus causis Episcopum, aut oeconomum, aut alium clericum cuiuslibet gradus, aut monachum proprio nomine, aut ecclesiæ, aut monasterii finimus: ut non per hanc occasionem ¶ sanctis dominibus dannum fiat ¶ sacra ministeria impediantur - - - Si autem oeconomi aut alii clericis fuerint hoc delinquentes - - aut fideiussores eos pro memoratis causis suscipientes: nullam contra ecclesiam, aut monasterium, aut res eius, aut gubernantium, aut contra illas personas, quibus crediderint, aut contra facultates, aut fideiussores eorum habeant actionem. Legis 33. s. 2. C. de Episcop. ¶ Cleric. mens haec est: Ne sacerdotes & cuiuscunque gradus clerici Monachi & alii Religiosi in propriis causulis ac negotiis conuenti aliquos clericos, quam propriae suæ ecclesie defensores, seu quos Oeconomos oppellant, fideiussores præbeant; ne, dum executoris pertinax & auara pro-

D

ter

teruitas extraneos & idoneos fideiussores flagitat, multiplex innoxiae paupertati infligatur incommodum. Omittimus Novell. Leonis 86. simili fere modo disponetem, sed vsu fori non receptam nec vim iuris legisue habentem.

S. XXII.

Ratio, quare ipsa textriusque iuris inferere dissertationi nostrae censuimus, et iudicium a studio partium plane vacuum atque alienum ac iustum ferri possit, num recte se habeat sententia nostra: Clericos singulos a fideiussionis negotio vtroque iure communi omnino arceri. Et certi confidimus, neminem facile temere negaturum esse prohibitam seu interdictam clericorum singulorum fideiussionem vtroque iure communi nostro. His, quos haec tenus praecepimus, textibus recte moti Doctores & Interpretes vtriusque iuris ad unum fere omnes consentiunt, clericos fideiubere haud posse valide & cum securitate creditorum, sed ipso iure eos esse tutos contra impetiones creditorum. Hanc communem quidem, sed veram & recte se habentem Ddm sententiam inter alios complures, quos longo numero & ordine recensere nimis operosum, tædiosum & otiosum foret, tuentur

LAVTERBACH. ad tit. de fideiussor. & mandator. §. 13.
STEPHAN. ad Nou. 123. c. 6. MENCKE ff. b. §. 5. CARPZ.
P. I. c. 32. def. 18. LVDOVICI ff. b. §. 4. FRANCISCVS
NIGER Cyriacus controversial. forens. 212. num. 9. seqq. HER-
RING. de fideiussorib. c. 7.n. 239. BRVNNEM. Iur. Eccles. hb.
II. c. 15. §. 32. ibique STRYK. in not. STRYKIUS in Vf.
Mod. ad tit. de fideiussor. §. 3. BARBOSA ad c. 1. X. de fidei-
ussor.

iussor. GONZALEZ ad d. c. i. X. de fideiussor. FRANCVS de fideiussor. MANZIVS de fideiussor. HIPPOLITVS de Mar-
siliis de fideiussor. CAROCIVS de excusione honorum, MV-
SCATELLVS in praxi fideiussor & complures alii; quo-
rum ex numero tamen plures simul monent, disposi-
tionem vtriusque iuris comm. nostri in foris & praxi
protestantium non obtinere; imo si vel maxime inter
Catholicos vtriusque iuris praxis obtineret, inde ta-
men ad praxin protestantium argumentum simpliciter
trahi non posse, quoniam apud nos nulla lege vnuerjali
prohiberentur clerici se obligare ex quocunque con-
tractu, quia commercia illis non sint simpliciter prohibi-
ta, quoniam alioquin ab omnibus aliis contraetibus
& negotiis seculi excludi deberent, quod tamen ita
non esse experientia doceret.

S. XXIII.

Hoc modo omnem controversiam, item ac disce- *Interpreta-*
ptionem de validitate fideiussionis clericorum singu- *tio & opinio*
lorum vel de illius inualiditate secundum utrumque *Boehmeria-*
ius optime componi posse autumant Dds & Interpre- *nac. i. X. de*
tes vtriusque iuris, & inter nostrates cumprimis & sin- *fideiussor.*
gulariter praecominens Illustr. BOEHMERVS supra iam
§. XI. laudatus magni vere nominis ICTUS Halens. qui
iam olim in *Introd. in Ius Digestor. tit. de fideiussor.* §.
mandator. §. 3. p. 486. Etenim, inquit, ab hoc negotio ar-
centur mulieres, milites - - Clerici, quoad debita publicas
non item priuata, Nou. 123. §. 6. Nec iure canonico aliud
statutum, cum in c. i. X. b. illi tantum coercentur, qui fide-
iussionibus conciliandis nimiam dant operam. Et in *Instit.*
Iur. Canon. tit. de Fideiussor. §. 2. Nique enim, afferit, in-
D 2 *distincte*

distincte clerici fideiubere prohibentur, sed duntaxat pro certis causis: verantur etiam fideiussionibus aliorum inseruire seu proxenetas agere in conciliandis aliorum fideiussionibus. Hanc capituli i. X. de fideiussor. interpretationem plenius tradit in Iur. Ecclesiast. Protestant. Tom. II. t. 22. Lib. III. §. 4 p. 920. verb. Nec nobis obstat c. i. X. de fideiussor. - - - de clero fideiubente vix videtur loqui. Adbuc ipsa lectio dubia & anceps est. Alii legunt: fideiussoribus inseruiens; alii: fideiussionibus inseruiens. vid. PITHOEVS in not. ad hoc cap. lit. d. In priori & posteriori significatu sermo esse videtur de iis clericis, qui fideiussiones procurant, conciliant & instar proxenetarum sunt. Hanc suam mentem & interpretationem cit. loc. seqq. multo ac eruditissimo apparatu propugnat atque tuetur.

§. XXIV.

*Dissentus &
dissentus ab
eo.*

Sed liceat nobis (celebrazione summa ac benevolentia Magni istius JCTi & Illustr. viri salua, quod posterius modeste rogamus & fore ob suam eius humanitatem olim perspectam & diu perceptam, id quod grata etiamnum mente hac leuidensi scriptione publice fatemur & per omnem vitam fatebimur) ingenue & modeste profiteri, nos eius interpretationi capituli i. X. de fideiussor. non assentiri aut adstipulari. Nam vocabulum inseruiens admodum est æquiuocum & ambiguæ significationis, ita ut recte dicatur is æque inseruire fideiussionibus, qui eas procurat vel conciliat vt proxeneta, ac is, qui ipse fideiubet. Vterque enim inseruit fideiussionibus; & quid aliud, quam procurator est proxeneta, & proxeneta quam procurator. Procuratorem autem laicorum esse vel agere clericis est interdictum per Nov.

123.

123. c. 6. c. l. X. Ne clericis vel monachis seculari negot. c. 2.
 Et 4. od. Hinc Illustr. BOEHMERI sententia nihil lucratu ex eiusdem data & haec tenus semper retenta explicatio; hinc lis & disceptatio illa per eandem laudatissimam interpretationem haud dirimitur, expeditur vel componitur, sed adhuc sub iudice lis est, cui componendae haec tenus nullam aptam legem nec canonem aut capitulum reperire nobis contingit. Interim non dubitamus affirmare, ex supra §. XXI. cit. text. utriusque iuris nostri communis fideiussionem clericorum singulorum pro laicis rectius negari, quam affirmari. Nam fideiussio est negotium ciuale, seculare *Rationes*
 & mundanum per cit. LL. & Canon. ac Capit. §. XXI. *dissentiorum.*
 ab eius generis negotiis clericis se abstinere iubentur per ibidem productos Juris can. textus; actio quoque & exactio creditoribus negatur per eosdem textus; hinc consequitur, ut fideiussio clericorum singulorum non valeat nec iure ciuili, nec iure canon. cum primis autem non valeat iure antiquo & proprio ac speciatim dicto canonico, quod Decreto Gratiani includitur, nec Pontificio itidem speciatim dicto, quod Decretalium libri reliqui complectuntur. Quid praxis nouior forte etiam in foris Romano Catholicorum contra utriusque iuris veram sententiam, mentem ac iussionem seu sanctiorem introduxerit admiseritque, de eo tamquam re facti non disputamus aut differimus. Interim totam hanc *Interim af-*
firmaatur
clericorum
Protestan-
tium valida
fideiussio ex
fione

*doctrina
Protestanti-
um, asserti-
turque ba-
nigatur eo.
rum idonei-
tas.*

fione sua obligari; sed negamus simul, eos esse idoneos creditores ob deducta in §§. 11-19. Licet namque ali quando & rarius fideiussio clerici effectu suo non defti bilitas, sed tuatur; hic casus tamen rarius est & forte ex honestate animi fideiussoris procedit, adeoque regulam non facit vel ordinat, sed ad exceptionem ab illa regula potius refertur, cum centum & supra alii in promtu sint casus, quibus sine omni iuris effectu demum & in fine iudicati fuit fideiussio clericorum singulorum.

§. XXV.

*Dissentien-
tes aliena
ab haec tenus
ostenis ad-
struunt.*

*Summaria
repetitio
omnium ha-
ec tenus de-
ductorum.*

Quæ præterea pro fideiussionis clericorum singulorum validitate ex iuris vtriusque textibus eruere & adstruere nituntur quæque disputant aliter sentientes, ea vel de plane alia & singulariter qualificata fideiussione sunt intelligenda, vel institutum nostrum non tangunt. Hucusque enim scriptio[n]is nostræ summa hæc eit: 1) Jure Civ. & Canon. fideiussio clericorum singulorum pro laicis est prohibita, adeoque clerici non sunt habiles & idonei fideiussores, eorumque fideiussio est inualida. 2) Concedimus tamen & affirmamus, clericos Protestantium posse valide fideiubere, adeoque hos clericos esse habiles fideiussores. Monemus tamen hoc loco simul, hanc assertionem de clericis protestantium non esse vniuersalem, quum in quibusdam terris Protestantium in S. R. I. dispositio iuris civ. & canon. vigorem suum omnino habeat, quod paulo inferiorius §. 27. ostensuri sumus. 3) Negamus tamen, eosdem clericos protestantium semper esse idoneos, addimusque, ab habilitate ad idoneitatem non semper ac tuto, sed rarius valere consequentiam seu conclusionem.

que

His itaque positis quaestio nostra hoc tantum definite, restringe & limitate ac distincte postulat: an clerici singuli pro debitoribus principalibns laicis, veletiam clericis, recte & valide i. e. cum effectu iuris fide iubeant ita, vt & habiles & idonei semper sint fideiussores, h. e. vt secundum semper reddant creditorem? Quod per haec tenus inducta, deducta & ostensa ex iuris ac prudentiae seu consilii rationibus confidenter & ingenue negamus.

§. XXVI.

Accedimus nunc ad constitutionem, conditio-
nen, munus & officium seu vno verbo, ad statum cle-
ricorum singulorum, ex quo sane itidem liquido ap-
parebit, fideiussionem eodem modo parum conuenire
cum eorum conditione ac munere, quo alia negotia
ciuilia seu secularia. Munus enim atque officium il-
lorum in sacrorum administratione sepe saepius p̄-
ter omnem expectationem obeunda & in cura anima-
rum continuo habenda cumprimis consistit, alia vt ta-
ceamus, quae parochorum curationi quibusdam saltē
in locis & ecclesiis simul sunt commissa & concredita,
quae omnia vel simul sumta vel sequentim considerata
clericis haud permitteunt subire negotia ciuilia seu secu-
laria ac mundana; cuius commatis quoque est fideiussi-
o, quippe cui certe nihil spiritualis notæ inest. Quam
facile autem abstrahantur aut auertantur clerici a mu-
nere suo indesinenter curando, obseruando & promte
semper, si opus est, obeundo & administrando per su-
ceptam fideiussionem, nemo non intelligit & animad-
uertit. Ratio fideiussionis clericis singulis prohibitæ
in Nov. 123. c. 6. est manetque vera, genuina, iusta & æ-
qua,

Munus cle-
ricorum ob-
stat itidem
fideiussioni
corum.

Quod often-
ditur.

qua, stringens, generalis & vniuersalis ac perpetua, scil.
 vt non per hanc occasionem & sanctis domibus
 damnum fiat & sacra ministeria impedianter, quæ ratio
 sane est sapiens ratio legislatoris & ex indole muneric ecclesias tici enascens, quidquid in contrarium philosophentur
 dissentientes, speciose tantum afferentes: rationem
 adductam tantum respicere administrationem rerum
 secularium principaliter in Nov. 123. c. 6. prohibitam, ad
 quam administrationem ratio illa omnino applieari pos-
 sit, addentes: alias vero per simplicem fideiussionem
 nec sacra ministeria impediri, nec ecclesiis damnum in-
 ferri, quia alias etiam ab aliis contradictionibus clericorum es-
 sent excludendi. Verum enim vero fculnea hæc esse
 dissentientium argumenta nemo non intelligit. Fin-
 ge enim validam & omni iuris effectu gauden-
 tem fideiussionem clericorum singulorum, quam
 afferunt dissentientes, & sane intelliges, fore,
 vt sepe saepius fideiussores clericorum arresto & cu-
 stodiæ tradantur donec iudicatum soluant, sicuti
 cum debitoribus & fideiussoribus laicis iuste & non ini-
 que procedi solet. Si enim ex mente aduerse seu dis-
 sentientis partis illa fideiussio est valida, eosdem quo-
 que effectus eandem habeat necesse est, quos habet ex
 fideiussione laicorum; Idem sane iisdem continget, li-
 cet ad iudicem suum ecclesiasticum vocentur; quo casu
 it idem euenerit, vt litis expediendæ causa diu saepius
 & longe remoti ab ecclesia sua absint, & demum post
 rem iudicatum intra breve temporis spatium custodiæ
 demandentur donec iudicatum soluerint. Si hæc
 omnia locum non habent in clericorum fideiussione,
 nec

nec etiam vera ac iure valida est fideiussio clericorum singulorum laicis & pro laicis praestita. Sin vera & valida est fideiussio clericorum protestantium, quam tueruntur dissentientes, necesse est necessitate hypothetica a natura hominum communi corrupta inducta (a qua natura depravata clericis non sunt alieni & distortes, consecrati licet aut ordinati tantum) ut casus seu exempla frequenter eueniant, quibus saepe saepius damnum sint sensuræ ac percepturæ ecclesiæ ex fideiussione parcorum suorum, quibusque per has occasiones frequentes & sanctis domibus damnum fiat & sacra ministeria impedianter. Adeoque hæc ratio in Nov. saepius cit. 123. c. 6. a Dom. nostro Iustiano Imp. sapienter data non tantum respicit administrationem rerum secularium ibidem clericis prohibitam, sed est illa generalis, uniuersalis ac perpetua, & ad omnem clericorum seu ministrorum ecclesiæ conditionem eorumque munus & officium pertinet, ne illi vlo modo in illo officio sacrisque obwendis per secularia negotia impedianter. Agnouit sapientissime huius rationis generalitatem, vniuersalitatem ac perpetuitatem Serenissimus ac Potentissimus Saxonum Electoralium legislator dum vixerit clementissimus in Mandato wegen der Wechsel Briefe derer Geistlichen de dato Dresden, am 22. Martii 1711. quod extat in den Beylagen der erläuterten und verbesserten Process- und Gerichts- Ordnung de A. 1724. Nro. XXVII. p. 198. verb. - - - dadurch aber nicht nur alerhand Aergerniß verursacht, sondern auch denen benachbarten Pfarrern eine Last durch die einstweilige Versehung des Amtes aufgeburdet worden, anderer da-
E her

her entstehendeu Inconuenientien zu geschweigen; Al-
lermaßen Wir nun die diesfalls beschéhene Vorstel-
lung gar erheblich befunden, und durch Arrestitung de-
rer geistlichen Personen, sonderlich derer Pfarrer, an
deren Seelen Pflege der anvertraueten Gemeinde, bey
Patienten, oder andern geschwinden Fällen viel verab-
säumet werden kan; Also haben Wir wohlbedächtig
resolviret, daß künftig kein Pfarrer, Schulmeister oder
Küster, bey Straffe der Suspension von seinem Dien-
ste, oder auch wohl gar der Remotion sich unterziehen
solle, Wechsel-Briefe von sich zu stellen, und, da ja der-
gleichen über Verhöffen geschähe, die Straffe zwar an
dem Aussteller, ohne Ansehen der Person, exquirere,
hingegen aber der Wechsel-Brief mehr nicht, als ein
Chirographum gelten sollte. Add. Anhang *cit. O.P. S. R.*
§. 11. p. 307. verb. immassen es auch, wegen derer geist-
lichen Personen, vorunter auch die Organisten, und al-
le andere, so bey denen Consistoriis confirmiret, mit zu
verstehen, bey Unserm am 22. Mart. des 1711ten Jah-
res gegebenen Mandat verbleibet. - - - Per has facra-
tissimas sanctiones Saxonicas approbatam vides ratio-
nem legis *JUSTINIANÆ Nov. 123. c. 6.* vniuersalem &
perpetuam, quæ etiam extenditur in cit. mand. ad
omnes alios, qui muneric sui confirmationem a Consi-
storiis Saxonici suscipiunt, vt adeo non immerito nec
temere mireris dissentientes negantes generalitatem
seu vniuersalitatem ac perpetuitatem rationis, quare
Dn. *JUSTINIANVS Noster Imp. in Nou. cit. fideiustione*
clericis interdixit. Generalitas huius rationis genui-
nae etiam in causa esse videtur, quare vsu fori saltem
ita

ita iubente cum clericis fideiubentibus intra & extra
Saxoniam Elector. ordinarie mitius ac lenius agatur il-
lique in arrestum vel custodiam non abducantur donec
iudicatum soluant, expensæque litis seu processus vt-
plurimum compensentur, particularis quoque solutio
ad certos terminos iussa decernatur, & beneficium
competentiæ facillime relinquatur & quæ sunt reliqua
clericorum fideiubentium favorabilia commata; quæ
plane aliter se ostendunt in causa Laicorum fideiuben-
tium, contra quos semper ex rigore iuris agitur proce-
diturque. Ex his ex clericorum conditione, statu, mu-
nere seu officio deducit's rursus patefit anceps, dubia,
periculosa, inanis, frustranea ac reuera iuris effectibus
carens fideiussio clericorum singulorum.

§. XXVII.

Diximus supra §. XXII. mentem quorundam affe-
rentium, apud Protestantes nulla lege vniuersali prohi-
beri clericos se obligare ex quoconque contraetu, quia protestan-
commercia illis non simpliciter sint prohibita &c. Hoc
verum quidem esse ingenue & lubenter concedimus,
sed negamus quoque simul, quod singulares ac pro-
uinciales leges ac constitutiones prohibentes eius ge-
neris non iam sint in promptu & iuris scripti prouincia-
lis partem constituant. Nam exemplum quoddam
alius licet commatis §. XXVI. iam produximus ex iure
scripto prouinciali Elektoratus Saxonie de clericis cam-
bire prohibitis, ex quo claret, commercia ac negotia
secularia clericis Saxon: non omnino esse libera, sed re-
stricta & limitata. Rationem iussionis seu prohibitio-
nis Legis seu constitutionis Saxon. prouincialis eandem
esse,

esse, quæ est JUSTINI ANI in saepe cit. Nou. 123. c. 6. ibidem quoque notauiimus. Ratio hæc adhuc hodie durat durabitque in pérpetuum; Ergo prohibitio ipsa adhuc hodie debet durare. Hinc nos profecto non videamus causam solidam, quæ mouere ICtos & iudices posse, ut a iuris Rom. seu ciu. & canon. sanctionibus supra §. XXI. inductis discedant. Certe de clericorum fideiuſſione STRYKIVS in Not. ad Lauterbach. tit. de fideiuſſ. verbis: *Non obſeruatur*: addit: *Debebat tamen obſeruari, quo ēt nō ſtri Clerici ab eiusmodi occupationibus ſecularibus auocentur.* Patescit fane ex huius olim dum viueret consummatissimi ICti Halens. excitatione, non omnes ICtos affirmare, prohibitions vtriusque iuris communis nostri superius §. XXI. ostendas vſu fori apud Protestantes esse ſublatas, licet plerique commentatores hanc ſententiam opinionemque ſat audacter ſuſtineant. Certe ICti Wittebergenses hodie fideiuſſiones clericorum noſtrorum reprobant moti forte ex eadem ratione, qua clericorum & his adnumeratorum cambia prohibuit Serenissimus Saxon. Elec. Legislator in Mandato Regio ſupra §. 26. inducto. Et Jure consulti Helmſtadieneses mense Febr. An. M DCC XXIX. ex Elecotoratu Hannoverano (in quo ſecundum leges ipſas iudicari atque opinione Doctorum negligi per ſpecialē eamque ſaluberrimam constitutionem prouincialē iubentur JCTi & Iudices) de fideiuſſione clerici cuiusdam consulti, eandem non legitimam ac validam declararunt, ſed ſeq. modo potius, teſte Illuſtr. LEYSE RO Meditat. ad Pandect. ſpecim. 523. n. 3. 4. p. 867. responderunt:

HAT

Hat der General-Superintendent Meier im Jahr 1694. vor seinem Bruder, als selbiger zum Steuer-Einnehmer in Zelle bestellt worden, Bürgschaft geleistet, und ist im Jahre 1724. verstorben, da denn die Hofräthin Breyerin unter andern seine Erbin zum neundtem Theile geworden, und weil sie von gedachter Bürgschaft nichts gewußt, die Erbschafft, ohne das Beneficium Inventarii zu gebrauchen, angetreten, ist aber nachgehends wegen der von dem Steuer-Einnehmer gemachten Schulden zu ihrem Anttheile in Anspruch genommen worden. Entsteht also anfänglich die Frage: Ob die Hofräthin Breyerin, und nunmehr ihre Erben wider das versäumte Beneficium Inventarii in integrum zu restituiiren und zur eydlichen Specification zulassen seynd? Nun scheinet zwar gedachten Breyerischen Erben hauptsächlich im Wege zu stehen, daß die Rechte den Erben, welcher das Beneficium Inventarii versäumet, schlechterdinges und in solidum zu Bezahlung aller Schulden verbinden, L. vlt. §. 12. C. de iure deliberaudi und die Hannoverische Landes-Gesetze bei Entscheidung streitiger Fälle auf Opiniones Doctorum zu schen ernstlich verbieten, und lediglich die geschriebene Rechte vor Augen zu haben anbefohlen. Allerdings aber, da man viel gedachtes Hannoverisches Landes-Gesetz wider die Erben so gar stark vrgiren, und, daß schlechterdinges nach dem L. vlt. C. de Jure deliberaudi zusprechen sey, prætendiren sollte, gemeldete Erben nach eben solchem Landes Gesetze hinwiederum sich auf die Novellam 12. c. 6 berufen, und, daß vermöge derselbigen des General-Superintendenten, als eines Cle-

Clerici, Bürgschaft null und nichtig erklaret, und alle
dabey von den Commentatoribus gemachte Glossen
und Interpretationes verworffen werden möchten, mit
allem Rechte sodern können; So seyn der seel. Hof-Nä-
thin Breyerin Erben wider das versäumte Beneficium
inventarii in integrum zu restituiren.

§. XXVIII.

*Ideoque iu-
ris ciu. &
canon. di-
spositio obti-
net in qui-
busdam ter-
ris Prote-
stantium.*

Liquet sane satissuperque ex hoc inducto I Cto-
rum Helmstadiensium Responso, dispositionem Iuris
vtriusque, civilis scil. & canon. in terris ditioni Regis
Magnæ Britanniæ ceu S. R. I. Electoris Brunsvico-
Lunæbugi subiectis etiam adhuc hodie vigere & in vi-
ridi esse obseruantia, quia vtrumque ius nostrum com-
mune per dictam Constitutionem Electoralem Hannoveranam tanquam regula est introductum & vicem iu-
ris prouincialis sustinet, per quod fideiussiones cleri-
corum illarum terrarum sunt irritæ, illegitimæ, prohi-
bitæ, hinc inde quoque inualidæ atque nullæ, ex qui-
bus nulla danda est actio, nulla exactio seu execu-
tio. Inde quoque clerici earum prouinciarum sunt
inhabiles æque ac idonei, & reliq. Idem quoque
obseruatur in ducatu Brunsvicensi, in principatu Hal-
cerstadiensi, Episcopatibus Hildesiensi, Osnabrugensi
& forte etiam in aliis territoriis inferioris Saxon. in
quibus ius ciu. & Canon. eundem vigorem & efficaci-
am obtinet eum in modum, ut in dubio pro obseruan-
tia vtriusque iuris scripti communis sit pronunciandum.
Ideoque falso asseritur generaliter, fideiussionem cleri-
corum in omnibus terris Protestantium contra iuris
ciuil. & canon. functiones esse validam & obligatoriam
ad

ad eum effectum, ut inde & actio & exactione seu executio detur. Nos autem centrarium affirmare non dubitamus, dispositionem scil. iuris ciu. & canon. de prohibita clericorum singulorum fideiustione, maxime autem pro laicis interposita etiamnum apud quosdam, imo apud multos Protestantes in viridi esse obseruantiam vnu fori, quam expressa constitutione seu lege provinciali, adeoque nefas esse adstruere generatim, nullam iuris civil. & canon. dispositioni prohibitiuæ de clericorum fideiustione in terris ac foris Protestantium tribui aut relinquи auctoritatem.

§. XXIX.

Quæ hucusque copiose differuimus de fideiustione clericorum singulorum in genere, ad species fideiustionis §. VI. dictas eodem fere modo applicari possunt, vt adeo non opus sit in nouum dissertationis cam-
*Dicta haf-
fus ad spe-
cies fideiuf-
fionis §. VI.
dictas etiam
pertinent.*
 pum exspatiari & prolixiores ad naufragium vsque adponere dapes.

§. XXX.

Concludimus itaque ex haec tenus deductis atque ostensis: in quibusdam, terris Protestantium ex rationibus consili ac prudentiae abstinentium esse a fideiustione clericorum singulorum ob metum seu formidinem pro dispendio patrimonii nostri tum ob beneficium competentiæ clericis Protestantium ysu & obseruantia fori obueniens; tum ob difficultem clericorum conventionem horumque præscriptionem seu exceptionem fori, licet huic sit renunciatum extra vel intra iudicium seculare; tum ob compensationem expensarum decer-

*Conclusio
cum confe-
ctariis ex
bucusque
adsertis, §.
cum com-
pendiosa re-
petitione di-
torum
omnium,*

ni solitam ut plurimum in causis cum clericis agitatis; quum ob particularem debiti solutionem admittendam ordinarie, ob temporis iacturam nunquam non obuenientem aliaque plura incommoda ex fideiussione clericorum nobis nostroque patrimonio instantia ac metuenda. Concludimus denique iure & haud temere, in quibusdam protestantium terris omnino etiamnum vigere & obtinere sanctiones iuris ciui. & canon. prohibitam clericorum singulorum pro laicis fideiussionem in finu gerentes, quidquid in contrarium dissentientes hactenus affirmare audcant. Concludimus etiam ea, quae §. XXVIII. consecuti sumus. Caute proinde ac prouide ubique in terris Germaniae, etiam apud Protestantes, circa fideiussionem clericorum agendum & versandum est cuius creditor, tum ex rationibus consilii atque prudentiae, quum ex rationibus iuris atque iustitia, ne utraque pensitatione neglecta damni ac dispendii quid substantiae patrimoniali creditoris suboriantur, quod vix ac ne vix quidem evitabimus & declinabimus fideiussione clericorum singulorum pro debitore laico semel admissa & hoc vel soluendo non existente, vel substantiam patrimonii sui mobiliaris seu portatilis extra territorium transrente, vel aliis multis ex causis modisque solutionem detestante. Relinquit ergo demum, fideiussionem clericorum singulorum pro laicis debitoribus principalibus interpositam esse vel nunquam satis tutam ac suadendam, vel iure non admissam, prohibitam, inualidam & effectibus iuris, actione scil. & exactione seu executione haud conualidatam atque corroboratam.

§. XXXI.

Votum an.
etoris.

Si denique DEVS vitam, vires gratiamque suam largietur, non deerimus aliquando, hactenus dicta & asserta nostra Legislatorum, praediectorum seu rerum iudicatarum ac usum vel saltem Protestantium fororum auctoritatibus, quantum sat est, confirmare & illustrare. Interim aequum huic scriptioi precum iudicium idque fore speramus.

F I N I S.

ULB Halle
005 361 192

3





Farbkarte #13



DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM
IVRIDICAM
DE
**FIDEIVSSIONE
CLERICORVM
PROTESTANTIVM
PRO LAICIS,**
EX
DECRETO ET AVCTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN PERANTIQA ELECTORALI ACADEMIA
ERFORDIENSI
PRO GRADV DOCTORIS
HOC EST
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTOR ALIBVS RITE ATQVE
LEGITIME OBTINENDIS,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAIORIS
DIE XXX. JVNII M DCC XL.
HORIS CONSVENTIS
PROPONIT
AVCTOR
IO. ANDREAS KELIVS, Halberstad.
Advoc. Lips.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.